



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXXVII. Erich, König von Dänemark, und Heinrich, Herr von Mecklenburg,
ertheilen dem Bischofe von Schwerin die Zusicherung, den Schaden und
Verlust zu ersetzen, welchen der Bischof bei der gegen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

in corporalem possessionem omnium predictorum honorum inducat, misimus et mittimus per presentes. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum cum annotatione subscriptorum testium firmiter de nostra certa scientia est appensum. Testes vero hi sunt: reuerendus vir dominus Hinricus Havelbergensis ecclesie episcopus, nobilis Guntherus comes de Keuerberghe et de Luchow, seniores viri Theodoricus in Lennin et Heidenricus in Corin, abbates, Euerhardus in Berlin, et Segerus in Stendal prepositi, et Hermannus de Lucho cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde in nostra presentia. Anno millesimo tricentesimo decimo (nono), in (die) translationis beati Benedicti abbatis, presentibus Droysekone et Germano de Wulcow, militibus, et fratre Johanne de Wertbeke sacerdote et monacho in Amelungesborne, et fratre Heinrico, rectore in Owlösen, qui supradictis placitationibus assuerunt. Datum vt supra.

Nach Deitrich's Disput. de Botd. et Lodd., Doc. App. p. 8—10 und Beckmann's Besch. der Ehurm. Brand. V, I, V, 52. Diese leider nicht im Original aufgefundenen Urkunde ist zwar in den vorhandenen Abdrücken vom Jahre 1310 datirt. Doch haben schon Gercken und Wohlbrück die dringende Vermuthung ausgesprochen, daß sie in das Jahr 1319 gehört. Graf Hünler von Keverburg führte erst in diesem Jahre den Titel von Luchow, Eberhard war im Jahre 1318 noch Probst zu Stolze und wurde erst 1319 im April Probst zu Berlin und Hermann von Wulkow findet sich bloß in Urkunden vom Jahre 1319 als Zeuge. Auch der Bischof Heinrich von Havelberg gehört erst in dies Jahr. (Vgl. Hauptb. I, B II, 408). In den erwähnten Abdrücken ist derselbe zwar Hilmer genant. Aber einen Bischof des Namens hat es zu Havelberg nicht gegeben. Ohne Zweifel hat man das abbreviirte Hi . . . in Hilmer falsch ausgebeutet.

DXXVII. Erich, König von Dänemark, und Heinrich, Herr von Mecklenburg, ertheilen dem Bischofe von Schwerin die Zusicherung, den Schaden und Verlust zu ersetzen, welchen der Bischof bei der gegen Markgraf Woldemar von Brandenburg geleisteten Kriegshülfe erlitten habe, ohne Datum.

Ericus, Dei gratia Danorum Slavorumque Rex, et Hinricus, eadem gratia Magnopolensis et Stargardie Dominus, Universis presenciam visuris seu auditoris salutem in Domino. Universitati uestre cupimus esse notum, quod cum jam dudum gverre et bellicose discordie habite sint, et adhuc nondum sopite inter nos ex una et inclitum Principem, Dominum Woldemarum Marchionem Brandeburgensem et suos adjutores parte ex altera, his pendentibus invocavimus auxilium viri venerabilis Domini Hermanni electi et confirmati in Episcopum Sverinensem, qui promte nobis assurgens assensu, contra invalores violentos terrarum nostrarum nos juit cum suis vasallis et amicis, quos ad hoc potuit convocare. In qua quidem gverra cum nobis, ut premittitur, auxilium prestaret, quam plures de suis vasallis et amicis captivi ducti sunt ab hostibus et perdiderunt dextrarios, equos alios, arma et res ceteras, quas habebant, aliquibus ex ipsis mortis exitio interemptis. Cum igitur iniquum et indecens reputemus, quod tam benevolum et nobis summe gratum ejus obsequium sibi quomodolibet sit damnosum, obligamus nos ad hoc similiter in his scri-

ptis, quod servare volumus et servabimus, predictum electum et confirmatum et suam Sverinensem Ecclesiam indemnes omnino circa premissa omnia et singula, non tantum jam illata damna, verum etiam circa quaecunque alia, que sibi et ecclesie sue occasione nostri adjutorii inferri, quod absit, contigerit infuturum. Volumus quippe captivos redimere, deperdita solvere et damna quolibet integraliter resarcire, Hoc nobis salvo, quod lucrum et quodcunque emolumentum ex suorum adjutorio nobis proveniens cum Sverinensi ecclesia dividere non cogamur. Preterea promittimus et obligamus nos ad hoc, quod omnia et singula jura sua et Ecclesie sue, que manifesta sunt, vel que doceri poterint, in territoriis nostris sibi et ecclesie sue libera et salva servabimus et ipsum et suam ecclesiam a quibuscunque jura sua perturbantibus seu impediendis efficaciter defendemus. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Nach *Franke's Mecklenb.* Lib. VI, Cap. 3. p. 22. *Schöder's passiv. Mecklenb.* p. 3009.

DXXXVIII. Markgraf Woldemar läßt die Gattin des Grafen Günther von Keuernberg und Lüchow mit dem Schlosse und der Stadt Lüchow zum Leihgedinge investiren, am 17. Juli 1319.

Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, nobili Domine Mechtildi, Comitisse in Keuernberg et in Luchoue, sincere promotionis desiderium cum affectu. Tenore presentium tibi conferimus castrum et civitatem Luchowe cum uniuersis bonis, villis, vasallis ac hominibus, cum omni jure, honore, commodo et libertate et distinctionibus, sicut nobilis vir, Dominus Guntherus, Comes de Keuernberg et de Luchoue, tuus conthoralis, a nobis in feodum tenet, iusti dotalitii nomine pacifice possidendum, mittentes tibi feodum seu inuestituram predictorum omnium et eorum cujuslibet per Geuehardum, dictum de Dannenberg famulum, nostrum vasallum, et volentes hanc inuestituram tibi per dictum famulum, ad id nostrum speciale habentem mandatum, presentandam, non minus solemnem, ratam et gratam censerem, quam si fores per nos presentialiter inuestita. In cujus rei testimonium presentem tibi dari fecimus literam, nostro sigillo ac annotatione subscriptorum testium ad hoc rogatorum specialiter communitam. Testes vero sunt hii, venerabilis pater Dominus noster Borcardus sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, illustris princeps Dominus Otto Dux Brunsvicensis, noster auunculus, Reverendus pater Dominus Henricus ecclesie Havelbergensis Episcopus, Nobiles viri Otto de Valkenstein, Buffo de Mansueld, Garduinus de Hadmersleue Comites, Droifeko noster dapifer, Guncelinus et Buffo de Bertensleue, Fritzo et Henricus de Schepeliz, Redeko noster Marscalcus, milites, Euerardus prepositus Berlinensis et Hermannus de Luchoue nostri Capellani cum aliis fide dignis. Datum in castris ante Arksleue in nostra presentia, anno domini M. CCC. XIX. feria tertia proxima ante diem S. Marie Magdalene.

Nach *Boehmeri Observat. Feudal.* p. 252. Darans auch abgedruckt in *Gerden's Vermischten Abhandl.* III, 269.